



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi Opusculum Asceticum Posthumum

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1643

40. De Deo vt est Fortitudo nostra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46564)

6. Quia etiam est *protector* beatorum, quatenus eos protegit ab omni lapsu, ab omni peccato, ab omni errore, ab omni tristitia, à morte, & omni incommodo corporis & animæ. Hoc autem facit quatenus custodit, & continuat in illis lumen gloriæ. Hoc enim si per cessationem diuini influxus aliquando extingueretur, mox desinerent esse beati, & rediret pristina infirmitas, & possent relabi in omnes nostras misérias, ac etiam in æternam damnationem.

CONSIDERATIO XL.

*De Deo ut est fortitudo
nostra.*

Dicitur *fortitudo nostra* 1. quia ipsius ope ex statu peccati & damnationis assurgimus ad statum gratiæ & filiorum Dei.

2. Ipsius

2. Ipsius ope vincimus hostes nostros fortissimos, & callidissimos, & omnes eorum machinas dissoluimus.

3. Ipsius ope subeuntur martyria, etiam à virginibus & pueris; & omnis tyrannorum sæuitia superatur; omnia mundi blandimenta contemnuntur.

4. Ipsius ope in rebus arduis prestatur perseverantia.

5. Ipsius ope conscenditur in cœlum, & æterna vita obtinetur.

Denique, ipse est fortitudo Sanctorum, quia ipsius ope possunt omnia, quæ ad gloriam Dei & salutem animarum pertinent.

CONSIDERATIO XLI.

De Deo vi est firmamentum nostrum.

Dicitur *firmamentum nostrum*, quia omnis firmitas iustorum in iustis